est dicere locum vacuo. quia ipse non
est locus. et si vacuum movetur
a loco et pervenit ad locum. et di-
cemus etiam que sit causa mo-
tus vacui. non enim poterunt di-
cere quod vacuum non solum
modo movetur sed et plenum et corpus et.

Vult modo inducere impossibilia consequentia ponentes
vacuum esse mobile. et dixit quod irrationabile
est etc. id est quia cum posuerint vacuum esse mobile con-
tingit eis ut habeat locum in quo moveatur.
Si apud eos ipsum vacuum est locus. ergo apud eos locus
indiget loco et hoc procedet in infinitum. aut ponent
quod vacuum hoc est quiescens. hoc autem mobile
et tunc debent dare causam in hoc et totum
hoc impossibile. Deinde dixit et dicamus quod si va-
cuum movetur necesse est ut moveatur a loco et per-
veniat ad locum. id est et ut inveniatur. quod contingit
huic positioni ut vacuum habeat naturam propriam
locati cum a quo movetur debet ei esse non naturaliter
locatum ad quem naturaliter. et si vacuum habet naturam
propriam non est vacuum. Deinde induxit .iii. contradic-
tionem et dixit. et dicamus etc. eis que est causa mo-
tus vacui etc. id est que est causa motus vacui
ad superius et pleni ad inferius. non enim poterit
dicere quod vacuum solum est mobile sed et plenum est. cum ple-
num sit causa motus ad inferius et vacuum causa
motus ad superius. et intendebat quod nullam
causam dederunt in hoc cum remaneat eis dicere scilicet propriam
causam. scilicet propter quam vacuum movetur ad superius et
plenum ad inferius.

Similiter autem accidit et utrique.
Et dicamus quod ista ob-
iectio contingunt eis qui po-
nunt causam levis et gravis
pluritatem magnitudinum corp-
orum sed ponunt materiam et
fundamentum rerum univer-
sitatem esse multam et contrari-
am. quoniam si fuerit materia eorum
una et composuerint corpora ex ea
angulis dicunt tunc grave
et leve simpliciter non erunt omni-
no. et si materia istarum virtu-
tum fuerit contraria ut fa-
ciunt qui vacuum et plenum di-
cunt tunc habeant gravita-
tem et levitatem et ea que
sunt inter leve simpliciter
et grave simpliciter non habe-
bunt causam propter quam quae-
dam sunt graviora et leviora
simpliciter aliis rebus que
sunt simplices.

Cum posuit impossibilia contingentia opinionibus an-
tiquorum in genere et quidam non vult hic declara-
re que eorum sunt vera et que non. cum per hoc con-
pletur sermo de contradictione istarum opinionum. et dixit
et dicamus quod iste obiectiones etc. id est et dicamus
quod ista impossibilia contingentia vacuum et plenum
esse causam gravitatis et levitatis. contingit etiam
dicentibus quod causa vacui et pleni est pluritas
et magnitudo eorum ex quibus corpora componuntur et non
intendit quod omnia impossibilia contingunt eis equali-
ter sed impossibilia evenientia eis propter naturam gravis et levis
simpliciter. et ideo qui posuerint leve et grave esse
eiusdem nature sicut dixit non potest dare causam
gravis et levis simpliciter. quia due nature sunt
contrarie. quoniam in quantum quodlibet elemen-
torum apud ipsum componitur ex his duobus
non potest dicere quare elementum leve est continuum
celo grave [illegible] quare insunt extrema que sunt
in fine contrarietatis sunt media in hoc [illegible]
secundum illud ingenium debile predictum. scilicet ut leve
sit illud cuius proportio vacui ad plenum est maior
et grave econtrario. putavit enim quod huic positioni non
sequitur impossibile quod contingit propter naturam
levis simpliciter et gravis simpliciter sicut contingit
eis qui non posuerunt hanc opinionem. sed tamen
[illegible] contingit eis non enim possunt dare
causam levis et gravis simpliciter. est enim illud quod impossibile
est invenire levius secundum quod est leve. et similiter cum
sit contraria quod [illegible] distat ab invicem et cum